Universitätsbibliothek Paderborn

Candela Evangelica

Landsberg, Johannes Justus

[Köln], 1526

VD16 J 1187

Illustratum 16.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34415

Visual Library

utiles eccleſie dei, cum tamen dominus dicat Luc. 10. Maria optimam partem elegit, que non auferetur ab ea. vbi dicit Ambroſius: Agat te ſicut Mariam deſiderium ſapientie. Hoc enim maius, hoc ꝑfectius opus, nec miniſterij cura a cogitatione verbi celeſtis te auertat, nec arguas eos ⁊ otioſos iudices, quos videas ſtudere ſapientie. Hanc enim ſibi cohabitantem Salomon ille pacificus aſciuit. Nec Martha tamē in bono miniſterio reprehendit, ſed Maria quod meliorem ſibi partem elegerit, antefertur: Hec Ambroſius. Beatus quoq; Auguſtinus in libro de operibus monachorum, tales ſanctiores eſſe dicit, qui a cōſpectu hominum ſeparati, nulli ad ſe prebent acceſſum, viuentes in magna intentione orationum. Idem tales multum vtiles fore humano generi teſtatur in libro de morib9 eccleſie, dicēs: Pane ſolo qui eis per certa interualla temporum affertur, ⁊ aqua ꝯtenti, deſertiſſimas terras incolūt, ꝑfruentes colloquio dei, cui puris mentibus inheſerunt. Videntur autem nonnullis res humanas plus q̄ oportet deſeruiſſe, non intelligentibus quantum nobis eorum animus ī orationibus proſit, ⁊ vita ad exemplum, quorū corpora videre non ſinimur: Huc uſq; Auguſtinus. Predicta omnia propterea congeſſimus (quanquam incōparabiliter maiora ⁊ meliora adduci poſſent) vt oſtēderemus religioſos nō diſcordare a lege euangelica, vt heretici latrant, ſed potius inter euangelicos eos fore perfectiores.

Illuſtratum .16.

Votum inſuꝑ qđ faciunt, ⁊ ꝓfeſſio viuendi ſcd̄m formā ⁊ legem per ſanctos p̄res a ſpūſancto inſtitutam, eos feliciores reddit, eo ꝙ opera laudabiliora ⁊ magis meritoria ſunt que fiunt ex voto, q̄ ſine voto. Quapropter cōſulit in Pſal. Vouete ⁊ reddite, vbi dicit gloſa: Vouere volūtati conſulitur: Sed cōſilium nō eſt, niſi de meliore bono. Ergo melius eſt, facere aliqđ opus ex voto, q̄ ſine voto. Qr qui fa-

cit ſine voto, implet tantũ vnũ conſilium.ſ. de faciẽ do: qui aũt facit cum voto, implet duo cõſilia.ſ. vouendo ⁊ faciendo. Preterea vouere eſt actus latrie (q̃ eſt ꝑcipua inter virtutes morales) nobilioris aũt virtutis eſt opus melius, et magis meritoriũ. Ergo actus ꝓcedens ex voto, eſt magis meritorius ⁊ laudabilior: vnde etiã actus aliarũ virtutum, puta ieiunare, qui eſt actus abſtinentie: ⁊ ꝯtinere, qui eſt act⁹ caſtitatis, ſunt meliora ⁊ magis meritoria, ſi fiant ex voto, q̃ ſic iã ꝑtinent ad diuinum cultũ, ⁊ ſunt actus latrie, et q̃ſi quedã dei ſacrificia: vnde Auguſt. in li. de virginitate dicit, ꝙ neq̧ ip̃a virginitas, q̃ virginitas eſt, ſed q̃ deo dedicata eſt, honoraẗ. Preterea ille qui vouet aliquid ⁊ facit, plus ſe deo ſubiicit, q̃ȝ ille q̃ ſolũ facit. Subiicit eñ ſe deo nõ ſolum quantũ ad actum, ſed etiã quantum ad ꝑtãtem, q̃ de cetero non p̃ot aliud facere. Sicut plus daret hoĩ, qui daret ei arborem cũ fructibus, q̃ȝ qui daret ei fructus tantũ, vt dicit Cãcel. in lib. de ſimilitudinibus. Ergo opera bona facta ex voto ſunt magis meritoria. Preterea ꝑ votum ĩmobiliẗ volũtas firmatur in bonum. Facere aũt aliq̃d ex volũtate firmata in bono, pertinet ad ꝑfectionẽ virtutis, ex qua op⁹ reddiẗ ꝑfectum ⁊ magis meritoriũ: ſicut a cõtrario, peccare mente obſtinata, aggrauat pcc̃m. Nec obſtat, ſi inẗdum homo votũ implet cum triſtitia, dum tñ remaneat voluntas votũ implendi, q̃ adhuc (triſtitia nõ obſtante) eſt opus magis meritoriũ, q̃d fit ex voto, q̃ȝ ſine triſtitia fieret ſine voto. Quia impletio voti eſt actus vel opus religionis ⁊ latrie, que eſt potentior virtus q̃ȝ alia virtus, puta abſtinentia vel caſtitas ⁊ ſimiles. Predicta omnia, eſt ſentẽtia vniuerſalis eccl'ie dei, ⁊ omnium ſanctoꝝ doctorum filiorũ dei, ⁊ membroꝝ eccleſie dei. Qui ꝯtraria docet, hereticus eſt, ⁊ falſus doctor ⁊ diaboli filius.

Illuſtratum .xvij.

¶ Modorum religioſe viuendi ſepe ſupra memoratorũ inuentores, inuenimus ſp̃ũ dei plenos fuiſſe.